

A Paphum creaturas, figuram pugnae dedit clypeum inauratum omnibus conspicuum per vices. Diad. lib. 20.

Apud Poesos, & in castris Hainnibals, tubam vestem tabernaculo ducis proentiam, plerumque tuba sonitum: Ilytris, linteum proteolum, aut rubicundam tunicam fatiffae appositam: alius proentiam purpuratam, indicium certaminis fuisse prodium est. Dario super tabernaculum imago Solis crystallo inclusa, signi loco sublebat in castris. Alex. lib. 4. cap. 2.

ALEXANDER Macedo, quum tuba sonitus non exaudiretur, iussit pericam, ex qua signum eminebat, qua omnibus conspicua foret, supra tabernaculum figi. Alex. lib. 2. cap. 2.

Ante iuventas tobas, Pyrrhoris seu Lampadophoris Veteres sunt usi, qui in medium utrinque progressi, facibus excussis, praelium accendebant. Cel. lib. 8. cap. 2. Antiquit. ex Zece. Scholiastes Euripidis in Phoenissis eos Marti sacros, factos sanctos fuisse scribit, ut reliquis licet casus, ipsi tamen incolentes servarentur. Hinc proverbium de interfectione summa: Neque Pyrrhorus evasit. Hesybins & Suidas.

Turci ignes plurimos parant, biduo ante ejus diei, in quem pugna collata est. Hymnum quandam canunt in honorem Dei & Mahumeth herois, significantes, quod tertio abhinc die praelium committere velint. Chalcocondylas lib. 1.

Receptus.

Helvetii ad Mediolanum cum Gallis congressi, cum in noctem usque praelium protraxerunt, duces, ut reliquias exercitus colligerent, signum ingenti classico proposuerunt, quo sparsi errabundique milites ad vexilla vocarentur. Id erat amplissimum cornu sylvestris Uri, operoso argento in labris exornatum, quod a majoribus per manus traditum, apud Urantenses Helvetia libertatis auctores, cum magna cura ac religione custoditur. Eius itaque beneficio, plurimi conservati sunt. Sabellici supplementum lib. 5. ex Lovio.

Pacis.

Apud Suecos & Gothos, galeam ostendere, & levare, signum est colloqui, vel pacis, vel iudicium instituentium. Olaus lib. 1. cap. 42.

SCRIPTORES.

C Scripserunt de Insignibus, quae arma vulgo dicimus Gentilitia, Bartholus libello particulari, ubi etiam de nobilitatibus eorum coloribus agit. Item scripsit de iisdem, Bonus de Cutili, libro de nobilitate. Habet etiam pleraque P. Greg. Tolos. lib. 6. de Rebus.

Inspectio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Inspectio ἐπιστήμη, ἐπιστήμη. Graecis, est diligens rei alicuius consideratio, quomodo Terentius in Adelphi. Inspectere tanquam in speculum vitas hominum jubeo, atque ex iis exemplum sumere sibi. Dissert autem ad aspectum, quod aspicere sit obiter rem quampiam spectare. Ita Cicero 2. Philipp. Nos ad spectationem solum habemus, Consules & reliqui Magistratus etiam inspectionem, id est, cognitionem & iudicium.

INSPICERE, SPECTARE.

Ex Tit. Explorationis huc quedam.

XERXES Rex, praelio navali inter se confingentibus Persis, & Graecis, in edio constitit promontorio, & certamen securus spectavit, tanta cum admiratione virtus hostium, & detestatione suorum ignavie, ut nihil antiquius habuerit, quam relicto in Graecia Macedonia, fugam in Asiam arripere.

Idem in Graeciam movens, in campis Abydenis universum lastravit exercitum, ex alta specula. Quo conspecto, allachrymasse fertur, causamque rogatus, dixisse: Quod nullus est tanta multitudinem centum annos superatus esset. Herodotus.

Panætius accivit P. Scipio, cum senatus eum misisset, gentium improbitatem, & bene constitutos mores speculandum, ut est auctor Pisonius. Plut. an Principibus philosophandum.

Scipio Aemilianus, qui sub L. Lucullo tribunus militum in Hispania militabat, ad Masinissam regem venit, Luculli nomine ab eo elephantibus postulatibus, eo ipso tempore, quo Masinissa cum Hadrubale Carthaginensium Imp. acie dimicaturus erat. Scipio concuturas acies inuitus, prius quam signa ca-

nerent, editionem locum occupavit, ut commissivus inde praelium spectaret. Ferunt postea dicere solum, nullo unquam tempore se tantam ex quovis alto spectaculo percipere voluptatem, quam cum supra centum milia hominum inter se pugnantium ipse omni sollicitudine, & cura libere, ex alta contemplans esset specula. Pagina a prima luce ad noctem distracta est, multa hinc inde cadentibus, ad postremum rex aliquanto superior acie excessit, cui in castra redeunt gratulabundus Scipio occurrit. Sabel. lib. 8. En. 5.

Manlii Curti forum M. Cato, cum venerit ad se in Sabino, visere solebat: apud quem sedens Sannium quidam hostium, tum jam clientium suorum dona relegaverat. Citero de Rebus citatur a Novio Marcello.

Magna tenebat Romanos cupiditas videndi, quemnam Deum Judaei colerent: nam credebant, illius aliquam esse in eorum templo imaginem. Ideo Cn. Pompejus ab Hircano contra Antiochobolium fratrem vocatus, captus Jerosolymis, paucis comitatus, usque ad adytum penetravit, & circa eandem candelabra, vel libatoria non paucas, necnon & atomam multitudinem, in thesauris vero sacras pecunias duo milia talentorum. Tantum Iosephus. Tacitus lib. 21. Romanorum, inquit, primus Cn. Pompejus Judaeos domuit, templumque jure victoriae ingressus est. Inde vulgatum, nullas intus deum effigies, vacuum sedem, & inania arcana. Dnd. Vices in lib. 18. Augustini de Civit. Dei, cap. 45.

ADRIANUS Imp. omnes Rom. pop. provincias invisit. Vid. Tit. Peregrinationes.

CONSTANTINUS Imp. magna strage victo ad Muram Pannoniae Magnento tyranno, & XXX. milibus, cum tumulo consensu subiectam plantitiam, & praeterfluentem amnem ressecta cadaveribus confexisset, illachrymavit, non tam victoriae laetitia, quam caerorum dolore permissus, atque universos sine discrimine sepeliri, qui vero spirabant, diligenter curari praecipit. Sigonius lib. 5. Imp. aed.

HILARION visendi Antonii Eremitae cupiditate ardens, eremum adit, ac statim ut illum vidit, habitum mutavit, religionis propositum suscepit: duobus fere mensibus iuxta eum mansit, G. contemplans ordinem vitae ejus, morumque gravitatem, quam creber in oratione, quam humilis in suscipiendis fratribus, severus in corripiendis, alacer in exhortandis. & ut continentiam, cibique ejus asperitatem nulla unquam infirmitas frangeret. His imbutus exemplis in solitudinem secessit, tanquam praesentis sanctitate, ut libique latebas querens, non quam latere potuerit, miraculis eum semper prodentibus. Marul. lib. 3. cap. 9. ex D. Hieronymo.

LEO V. Imp. Constantinopolitinus, cum legem sanxisset in summis urbi imminentibus periculis, ut quietumque post scopulum comprehendere in plateis, caelus verberibus in carcerem coniceretur, donec ille cecideret: volens custodiam experiri fidem, noctu solus est palatio mutato. habitu sese protulit. Cumque a primis, & lectis custodiis pecunia se recedisset: a tertia custodia pugnis flagrantibus caelus, carceri traditur. Cum autem vix multis signis custodiam magistro petuisset, Imperatorem se esse, tandem dimittitur. Mane factis, custodiis urbis evocatis Imperator, num quis nocte praeterita sit deprehensus, interrogat. Et pecunia corruptos graviter multavit, magnis vicis sibi muneribus locupletavit eos, qui caelum H se custodiae mancipaverant. Cusp. ex Zonara.

EUGENIUS III. Papa, anno 1148. Clarum vallem, ubi pacis ante annis D. Bernardi discipulus monachus sedebat, visitavit, ac gloriam pontificatus Romani insigni humilitate repraesentavit. Admirationi erat omnibus in tanto dignitatis fastigio tam constans sui demisso. Etenim & tunica lanea carnem premebat, & dies noctesque cuculla indutus, non solum incedebat, sed etiam cubabat in monachi habitum gerens, extrinsecus pontificem se, & moribus, & indumentis praeferebat. Segnitate ei circumferiebatur pulvinaria, lectus paleis instratus cortina ambebat purpurea, ut si evolverent opera menta, superjectis laneis complota stramina, & paleae conglobatae reperiebantur. Allocutus monachos, & consolatus, fratrem & sodalem se inter eos, non dominum praeficit, aut magistrum: cumque eum ibi longiorem moram trahere non parceret, summa affectantium multitudo, salute fratris dicta, in Italiam iter suscepit. Sigonius lib. 1. Regni Italici.

LUDOVICUS Junior Francorum rex duxerat Elisabetham Alfonso IX. Hispaniae Imperatoris filiam ex Berengaria Barcinonense. Post cum obtracatores ex viis concubinae suae capti exterminarentur, Ludovicus praetextu peregrinationis ad D. Jacobum

INSTIGARE, ACCENDERE, IRRITARE SE IPSUM.

Huius sunt loci, qui seipso ad audendum, ad ulciscendum, ad persequendum hortantur: ut velis effectus quidam Spei, & Confidentiae, & Irae.

CYRUS Cambyses F. apud avum Alytgem Medorum regem educatus, puer erat lepidissimus, & ad respondendum summe industrius: Progressu tamen aetatis, verecundior factus, suam pusillanimitatem detestatur. Cum a coetaneis rogeretur, ut veniam ruralis venationis ab avo impetraret, veritus est id agere, dolens, ne quidem aperta fronte jam se intueri amplius posse eum, quem prius familiarissime animo plane impeterrito esset locutus. Tandem vero seipsum ad audendum virili animo cohortatus, effectum dedit locis, quod apabant. Xenophon. 1. Ped.

Apud Homerum 20. Iliad. veretur Aeneas πομπήν, & Achillis congressum recusat, proprio sapientis periculo. Eum tamen sic animavit Apollo, & generis eminentia (cum ipse a Venere, Achillis solum a Thetide sit oriundus) sic confirmavit, ut sibi quoque Deos adesse persuasus, cum Achille congressus sit, quanquam imparem se illi esse facile agnosceret.

Instigatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Instigatio est impulsus quidam, sive ad bonum, sive ad malum. A verbo pisco ἵστω, quod est pungo, stimulo, ἵστω, quavis instigatio fieri poterit, quomodo soleat objurgatione quadam, & importunitate interveniente. Dissert autem instigatio & instinctus, quod hic plerumque usurpetur pro inspiratione interna sive divina; item pro consilio, & susceptione. Sic Plinius in Paneg. Multa secimus pontē, plura instinctu quodam, & imperio.

INSTIGARE, ACCENDERE, IRRITARE alios.

PROCLUS Epidauri tyrannus, cum gener illius Perander Corinthius Melissam uxorem necasset, duos ex filia nepotes ad se accitios, liberaliter erudiendos curavit. Tandem ad patrem Perandrum eos remisit, monuitque, ut interfectorem matris ulciscerentur: falliter, ut patricio pietatem erga matrem declararent. Id verbum juniori Lycophroni tam ate infedit, ut Corinthum reverfus, patris & aepedam, & colloquium fuerit abominatus: maluitque exul ad Corycaeos relegari, quam cum interfectore matris versari. Herod. lib. 3.

EURYMUS, cum conaretur ferere diffidum inter Caesarem & Pollucem, alterum apud alterum insidians, post deprehensus, utriusque gravissimas penas dedit. Idem evenit Athenis Hyperbolo, qui Nicias, & Alcibiadem conatus est committere. Erasmus in Adagio.

P. CRASSUS Peris in Asia captus, Thraci satelliti virga, qua equum regebat, oculum urit, ab eo dolore vulneris stimulo interfectetur, carcerique ignominiam effugeret. Plutarchus.

Apparet sane, si M. Brutus aliquantisper sustinisset Caesari esse secundus, opeque ejus desistere, & gloriae rerum gestarum marcescere, principum inter in civitate eum haud dubie habiturum fuisse. Verum ferocis viri animi Cassius, magisque privatim Caesari, quam publice tyranni infestus, incendit & stimulat Brutum. Dicitur Brutus regnum non tulisse, Cassius odisse regem. Brutum factum familiarium sermones, crebris vocibus & scriptis ad factum illud civis provocaverunt, & impulerunt. Nam statuae progenitoris ejus Bruti, qui regium Imperium oppresserat, inscripserunt, Utinam nunc Brute esses, & utinam viveres Brute. Ipsi Bruti tribunal pratoris reperiebatur: mane hujusmodi scriptis referunt: Dormis Brute? & Non es germanus Brutus. Plus in Caesare.

INSTIGANDO DETERRERE ALIOS

A MALO INFERENDUM.

PLUTARCHUS indicat, ACCO & Alphito mulieres fuisse, per quas femina deterreret pueros a peccando. Ultrap hanc vocem & Plato in Gorgia, ἀπὸ ἀνδρῶν ὁ κακῶτατος. Erasmus in Adag.

D. BERNARDUS Abbas, Comitem Picaviensem (qui Petri Leonis, sive Anacleti Antipapae partes turbavit contra Innocentium II. & Innocentius fuit ditionis Episcopus loco moverat) hortatus erat, ut Innocentio obedientiam praefaret. Tergiversante Comite, fuit Missa, hostiam patene imponit, & extra templum Comitem alloquitur gestibus, & voceterribili, Anne filium Virginis, ferum omnium dominum sumumque iudicem, ita velit, ut sese contemneret, qui ad ipsum jam processisset? Comes perculsus, in terram corruit, salva per barbam defluente, ita quidem, ut epilepticus videretur circumstantibus. Quae res tantopere hominem terruit, ut protinus, & reconciliaretur Papae; & Episcoporum locum restitueret. Auctor vita lib. 2. cap. 6.

Institutio.

Quatenus effectus est amoris religiosi, tractatur loco de Religioso cultu. Tit. Amor religiosus erga homines & Institutio Quatenus vero ad mores facit, nonnulla dicta sunt in loco de Educatione. Hic tamen pleraque etiam dabimus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Institutio est instructio, sive ad disciplinam aliquam, sive ad mores, vitaeque communis actiones, ut ea recte instituantur, cum decore capeffendi, facta ab eo cui vel ex munere, vel ex natura debito id incumbit. Cum enim Deus unicuique mandaverit de proximo suo, consequenter voluit, ut petiores ignorans succurrerent. Quamvis Institutio etiam communiter magistros dicimus, quibus minores erudiendi committuntur. Alioquin boni mores, rectaque vivendi consuetudo ex consilio, & ratione desumpta, etiam Institutorem nomine obtinent. Institutio Hebraeis חֲבוּרָה, παιδεία Graecis: ἡ παιδεία Institutum dicitur.

Institutiones etiam sunt libri, vel praepcepta ad artem aliquam viam sternentia, quos Graeci appellant εἰσαγωγὰς. Unde & Quintilianus opus suum quo oratorem format, Institutiones vocat. Et sunt notae Institutiones iv. Item Theologiae Morales, &c.

INSTITUTIONIS MATERIA.

Aristot. 7. & 8. Polit. παιδείαν, partim ἴδωι, partim λόγῳ, consistat ait: ὅτι προτέρα αἰα ἴδωι, αἰα λογικὴν ὀνομαζομένην, ἴδωι quidem earum rerum, quae non praecipit ἢ ἴδωι, sed usu sanium, & consuetudine ἴδωι, traduntur. Sic quatuor fere puerorum erant παιδεία Musica, Παιδεία, Gymnastica, Grammatica: quorum terminum decimum septimum aetatis annum in Politicis statuit: ἡ δὲ παιδεία ἄ δεκάεβδομο ἕως ad vigesimum primum annum ea est, quae artes liberales, atque adeo ipsam philosophiam complectitur. Cuius tractatio in Polit. Aristot. cum multis aliis de sideratur.

SIMPLEX INSTITUTIO, SINGILLATIM

considerata, in iis que faciunt ad

ANIMUM. PUTA IN

Theoricis.

Consule sub loco Theoricorum habitum, Magistros Grammaticos, Rhetoricos, & similes. Hic materiae solius rationem habemus: illic vero habitus ipsius, quod tanquam effectus profuit doctrina.

Philosophiam Chaldaeorum, & Aegyptiorum pueri a patribus discunt. Diad. lib. 2. c. 8. & 1.1. cap. 6. Cum propter Alexandri successores regni cupiditate totum terrarum orbem perturbans panolentia quaedam disciplina imminebat: Alexandri soli tum Graecum, tum Barbaros ferre omnes encyclicas disciplinas denuo docere. Athenaeus lib. 4. cap. 24.

D. JOHANNES Evangelista quum Ephesi moraretur usque ad ultimam senectutem; & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deserretur, nec posset in plura verba vocem contexere: nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc Filioi, diligite alterutrum. Tandem discipuli, & fratres, qui aderant, tadio affectu, quod eadem semper audirent, dixerunt Ma-

A Magister, quare semper hoc loqueris? At ille respondit dignam Joanne sententiam: Quia preceptum Domini est: & si solum fiat, sufficit. Hieron. in cap. 6. ad Ephesios.

Anno mccciv. lex de forma, & modo philosophiæ explicanda, in Academia Parisiensi facta est: nominatim vetans, ne Doct. subdicens singulis propositorum librorum verbis, nominando, & dictando, auditorum manum potius impediatur, quam explanatione perpetua mentem erudiant. Tales doctores lex appellat. Nominatores ad pennam. Centum post annis Guilielmus Cardinalis Totavillus, sedis Apostolicæ legatus, Parisiensis Academiæ statum constituit, veteres quosdam leges abrogavit, quosdam confirmavit. Pennam quam lex illa vetus admittit, quosdam discipulis videbatur neque sustulit, neque imperavit, sed tantum permisit; vocis autem continuationem, & sententiarum disquisitionem retinuit, curiosam & sollicitam illam de verbo ad verbum prælectionem vehementius etiam condempnavit, & rejectit, Philosophicos libros de puncto in punctum, & de capitulo in capitulum, ore & voce doceri ac pronuntiari voluit, ex D. Hieronymi auctoritate dicens: Habet nescio quid latens energie, vivæ vocis actus, & in aures discipuli de auctoris voce transfusa fortius sonat. P. Ramus in oratione pro philosophica disciplina Acad. Paris.

Prædicitur tum

Virtutibus.

Ex Tit. Habitum ethiopyum exemplari mutari possunt. Invenies illic Magistros fortitudinis, temperantia, iustitia, ut reliquarum virtutum.

Indi & Brachmanes edito infanti curatorem, & vitæ magistrum custodemque adhibebant, in sub legibus, & magistratibus, bonis disciplinis formatus, salutaribus exemplis erudiretur. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.

Perse tria præcipue liberos suos docebat: equitate, jaculari, & vetera dicere. Vicissim tria vehementer damnabat: mentiri, inter aratos esse, & in animum rem immundam edere. Fulg. lib. 2. cap. 1. ex Xenophono & Plat. archo.

Janum fuisse bifrontem opinantur, pinguntque eum ita, & fingunt Romani: fortè quia Græcus natione ex Perthabia fuit, transgressusque in Italiam commigravit, illius regionis barbari, unaque lingua & mores eorum mutavit. An potius quò Italiam incolentes feris & perversis moribus præditos, hic in aliam vitæ formam inducendo, ad agriculturam & civilitatem convertit, & transformavit. Plut. in qu. Rom.

Poetas omnigenæ virtutis magistros vulgò esse dicunt.

Vide Tit. Poetice utilitas.

LYCURGUS corpora virginum Spartanarum cuncta, lucta, discorum & telorum jactu exercuit: ut & sætus radix validum in valentibus corporibus exordium accipiens, germinaret melius, atque illa strenuè parvis accipientes, benè & facillè adversus perpetui decerent dolores. Ac remotis deliciis, umbratili vita, mollitia omni semina, affuecit juxta puellas atque adultos nudos in publico versari, certisque solennibus saltare, & cantare, assidentibus atque spectantibus juvenibus. Interim fides in quemque festivè jacientes, perstringebant peccantes: contra laudes in merentes carminibus compositas recitantes, magna gloriæ & honestatis cupidine juvenes incendebant. Cujus enim celebrata virtus fuerat, & qui inter virgines habebatur clamor, abibat elarus illis laudibus. Facetiarum aculei, & diceriorum, nihilo erant feris castigatioribus obtusiores: quòd ad id spectaculum, simul cum cæteris civibus, reges & senatus convenirent. Detectioni virginum nihil inerat obscæni, cum qua conjunctus rubor erat, aberat libidinis: sed simplicem assuetudinem, & studium boni habitus concillabat, gustumque feminæ præbebat spiritum non inertium: quòd societate nec ipse virtutis, & gloriæ excluderentur. Unde & dicere, & gloriari non dubitabant, quæ de Gorgone Leonidæ uxore literis prodita sunt: cum mulier quædam, peregrina scilicet, diceret ei: Solæ vos Lacenæ imperium in viros habetis: Nempè solæ, inquit, patimus viros. Plut. in Lycurgo.

Cretensem in liberorum educatione laus ea circumferunt insignis, quòd liberæ conditionis pueros cogebat primùm, memoriz leges commendare, non citra melos concinnatas, ut ex musica voluptate assererent, ac illæ sic edicerentur proclivius, ne quandoque injustè si egissent, in inscitiam crimen referre pergerent. Mox verò deorum hymnis animam adhibebant. Postremò præstantium vitiorum perdidicere laudes: opinor, ut omnium imperitia atque, exemplis obblatentibus ad virtutem amplius incenderetur. Cels. 18. c. 26.

LEORYCHIDAS primus interrogatus, Quid potissimum in Egenos pueros dicere oporteat? Hæc, inquit, que uti eis futura sunt, quando viri evaserant. Plut. in Apophtheg.

Vitiis.

Consule Tit. Magistri vitiorum, & vitiorum, tum in genere, tum in specie Timiditatis, Intemperantia, Avaritiae, & similibus.

Convenerat inter Germanice Principes, & Episcopos, ut Henrico IV. rege puero existente, ipsi alteris vicibus Imperio præfentent. Bremensis Archiepiscopus sua defungens vice, ditiùs quàm licebat dominationem retinuit: ipsiusque Imperatorum, quò magis cum sibi devinceret, suo more vivere permittebat. Principes tandem atque Episcopi (inter quos facillè primus erat Hanno Colonienis, Eberhardus Trevirorum, & Sifridus Moguntinus) item cæteri Francorum optimates, frequentè lenam Triburiam in ripa Rheni conveniant. Collatis ibi sententiis, Archiepiscopus, nisi Cæsarem confestim reddat, judicatur hostis, & Cæsari ad Principes venire decreta, regnum abdicandum decernitur. Anno 1066. Lambertus Schafnaburgensis, & Aventinus lib. 5. Ann. Cæsp. verò culpam omnem male institutionis in Hannonem Coloniensem reicit, qui Agnetem Imperatricem post quinquennale administrationem repulerit, & in suam potestatem redactum Imperatorem, omni genere voluptatum imbuert.

EDOUARDUS II. Anglorum rex stupæ naturæ ad levitatem propensus, Petrum Ganeffonem hominem improbissimum quem Edouardus pater, ut è familiaritate filii removeret, in exilium eiecerat, revocavit, Comitumque Cornubiæ regni que gubernatorem fecit. Is ut erat nequitiarum artifex, regem armavit scurrantibus, quoniam, parastorum, citarendorum, lenonum cæteris, gibosum dies nocteque ludendo, commensando, sortando transigeret. Oprimates capto consilio Petrum in Hyberniam exulatum agnovit. Tulit id factum rex molestissimè, palamque omnibus mortem intentebat, nisi continuo revocaretur. Ergo in integrum restituit, cum exularet regis animum vehementius, ab optimatibus aperto bello petens, non longè à Vatuico obruticatus est. Edouardus uno scelere magistro orbatus, duos alios sibi adlegit, Hugones Spensieros, patrem & filium. Quorum consiliis cum regeretur, principes à rege alienati, ipsius armis oppressi sunt, & Anglia miserè à Scotis afflicta. Tandem Iabilla regina cum Edouardo Farm regem prolecuti capiente: Hugonem utrumque equorum caudis tractum suspendunt, patrique filium sufficiunt. Polyd. lib. 18.

RICARDUS II. Edouard III. avo in Angliæ regno successit, anno Salutis 1377. Propter ætatem regis jam inde ab initio in procuratione fuisse Joannes Lancastrius dux, & Edmundus Cantabrigensis comes, ejus patrii, ac perierque alii paterni amici. Erat in puero bona indoles, sed ætas flexibilis, quò faciebat, ut tutores à patribus dati, omnes adhiberent machinas ad continentiam ejus adolescentiam. Sed cum pro se quisque supremè magis suis quam publicis commodis servire capisset, aditus patet factus est aliis, qui ad depravandum parati, ubi viderunt Ricardum pro suo jure agere, paulatim se in ejus familiaritatem insinuarunt. Et hæc Ricardi regni malorum initia fuisse, quæ Francis sic animum dederunt, ut illi in Aquitaniam excursions fecerint, & domi principes ante ceperint ad Roberti Marchionis Dublinensis, ex cuius nutu rex totus pendebat, tyrannidem coercendam. Tandem cum bonorum spernetet consilia, facta conspitatione ab Henrico nepote ex fratre videtur, in carcere periit. Polyb. 20.

Mechanicis.

CLEOMENES Anaxandridæ, Lacedæmoniorum esse dixit Homerum poetam, Hesiodum Itorarem. Hunc enim, quem admodum artem colenda, illum quem admodum bellandum, præscriptisse. Plut. in Apophtheg.

CORPUS. CIRCA CORPORIS BONA INSTITUTIO.

Consule Tit. Tolerantia magistris, quatenus robur corporis junctum habet.

PELLÆ filibus perlassit Medea, ut patrem jugularent, & lebeti ferventi inponerent, juvenitus reparandæ causa, cum in hujus rei fidem artem decoctum in annum commutasset, Euripides in Medea. Diod. lib. 5. Pausan. in Arcad. & Ovid. Metam. 7. Diogenes non veneficus, sed gymnasticis exercitiis corpora illa robusta reddidisse affirmat. Brod. in Epigr. Græcis. Ori.

A ORICADMIUS luctæ, & pugillationis legislator, Siculum more pugillationis excogitavit. Ælian. lib. 1. de var. hist.

Spartani infantes primùm editos, ut labore firmetur, frigidissima aqua fovent, nudos in patientia laboris, & lamis emittunt, nihil somni caussa subfisterunt, verberibus ac flagris ad Deorum aras afficiunt. Heraclicus in Politicis & Plur.

Lacedæmonii luctantibus pueris prædicitibus nullos præfiebant, ut virtutis, non aris gloria esset. Plut. in Lacedæmonicis. Eapropter Damagetius luctatori Spartano hæc verba ascribit in primo Epigrammatum:

Οὐτ' ἄν Μωσαῖος, ἢτ' ἀργύρεο ἐμὶ παλαῖας· Στάδα μοι Στάδα, κωλύματα πατρὸς, κείνοι τεχνάσασθε. ἔργα ἴδ' ἄν ἴπικου Τὸς Λακεδαιμονίους παῖσι, βία κρατεία.

LYCURGUS improbantibus nonnullis virginum Spartanarum in supplicationibus detectionem, caulamque requirementibus: Quò eadem, inquit, ac viri sectantes studia, non concedant illis corporis robore, & sanitate, vel animi altitudine, & virtute: vulgi autem exiltationem contemnant. Plut. in Aphor.

B HIPPOMACHUS alipes ajebat exercitatos apud se, etiam cum ex macello conficeret ferentes carnes, procul se cognoscere. Plut. in proæmio Dionis.

Q. FABUS MAXIMUS, & perique Imper. Rom. exercitum itineribus, & locorum mutatione crebro fatigari, potius quàm loco in castris sedere, tutius esse judicabant, & ad disciplinam militarem nobiliss. Id quòd Cyrum apud Xenophontem novimus factitasse. Quarum nonnulli, castrorum crebram mutationem præ se feruntur fugam, & exercituum alienationem duxere. Alex. lib. 1. cap. 12.

Germanorum pueri ab ineunte adolescentia calores, & frigora pati assuecunt, vilius recti amulicis, hye me pariter atque æstiu. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25. ex Corn. Tacito.

Cretensum pueri castam epulas adeunt, una teste tam pet hyemem, quàm per æstatem utuntur, atque in greges seu cohortes distribuuntur. Harum singulis qui præest prædicitur nominatur, qui eos quandoquove placitum est convocat, & ad venatum educit, plurimumque simul dormiunt. Heraclicus in Politicis.

C Natate propter navalia bella, & literas dicebant pueri Athenis, atque etiam Romæ. Testis Sueton. in Augusto: Nepotes, in quibus, & literas, & natate, alioque rudimenta per se plerumque docuit. Idem de Caligula prodidit, quòd ad cætera magno perit docilis, natate tamen necidit: velut postremum hoc nemo necidit. Erasmus in Adagii.

Apud Cadarcos, Baleares, Arcarnanes, atque Ethiopes, saxa ingentia fundis intercoquere, ut sagittis, & jacula ingentis ponderis vibrare, à teneris discunt. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25.

Lucani liberos suos à prima infantia sine veste, aut ministris servili in duritie, & parfamonia educabant in sylvis, quibus præda venatica erat cibis, potus verò fontium liquor. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.

Egyptii pueros suos, nisi aliquot stadia priùs cursu confecerint, ad cibum admittent. Idem.

Gothorum juvenes olim adeo perfectè artem gladiatoriam addiscabant, ut ad verum frontem inervabili ictu ferirent. Si quis recepto ictu palpebris convinceret, aule eiectionis stipendiis defungebatur. Id. Magnus lib. 2. cap. 14.

MULTIPLEX INSTITUTIO.

Exempla infra sub Intuitione proba asserentur. Thebani duas artes præcipue dicebant, equitandi & canendi tibis, quàm altera parum alteri congruat. Eras. in Adag. L. EMYLIUS PAULUS filios in disciplina Romana, & veteri exercuit. Verum in Græcia ambrosius: non solum enim grammatice, & sophistæ, & rhetores, sed plates quoque, pictores, eorumque & catulorum rectores, magistri venandi cum adolescentibus versabantur. Ipse, nisi negotiis publicis distractus, spectabat meditates, & exercitantes le. Plut. in Emylio.

INSTITUTIONIS FORMA CONSIDERATA

QUOD FINEM. SIC VEL EST

Recta, Proba.

Sincerum est nisi vas, quod nonne infundis, acescit. Itaque statim à teneris elementa virtutis sunt instillanda puerorum animis, à parentibus primùm, ad quos ea cura maxi-

mè pertinet, deinde à præceptoribus. Omnis certe educatio, vel E ad animi, vel ad corporis, vel ad fortune bona refertur. Pnuf- quisq; enim liberos suos in eo, quòd potissimum esse indicat, educere instituit. At quia iudicia sunt varia, varia quoque educationis est ratio. Revera àtamen unus solus, & sincerus scopus est, ipsa virtus. Porro cum sapientis sit, antequam ad opus se accingat, videre, an finem suum assequi possit: idcirco in hac liberorum educatione, & institutione, prima cura in dolo esse debet, ne quid invita discant faciantque Mineræ. Exploranda itaque illorum sunt ingenia, an naturalem propensionem ad ea studia, quibus illos assuefacere volumus, habeant, necne. Altera causa sit, ut quàm optimis studiis assuecant, & instituantur.

Chiron Centaurus Achillis præceptor, morum illi præcepta dat apud Pindarum ode 6. Pythiorum.

Μόλυσσ' ἢ Κρονίδω Βαρύτατ', τεροπὰ κραινῶν τε σφύτατω Θῶν σίβωδω. Ταύτας ἴ μὲν πότε τιμῶς Ἀμύρειν γένων βίω παροφθῶν.

hoc est, Primum omnium Deos timendos, deinde parentis honore afficiendos esse.

Perse disciplinarum magistris continentissimis utuntur, qui fabulas, deorum laudes, virorumque illustrium complexas, cum cantu, interdum voce tantum, ad vitæ institutionem referunt, aris sonitu vocati unum, in locum ad hæc discenda perentunt. Ratio ab his depocitur eorum, quæ pueri audierunt; vocem interim, laus & spiritum eorum exercentes, decurfione utuntur, duce sibi, quem sequantur, ex principum filiis aliquo ad id lecto. Campus quem decurrant, ut minimum, triginta habet stadia. Ad æstum, & frigus perferendum torrentium transitu exercebantur, in amnis & madidis vestibus perdurant, pascunt, rusticantur; pane durissimo, fructibus, termintho, glandibus, pitis agrestibus vescuntur. Sabell. lib. 5. Em. 2. ex Strabonis l. 5. A quinto usque ad vigesimum annum tria duntaxat illos docebant: equitare, atco uti, & vera loqui. Neque pueros ante septennium inspiciebant, partim ne indulgentia parentum contumperant, partim ne mortem illorum gravis terrent. Valerius lib. 2. cap. 1. & ult. & Herod. lib. 1. & Sabell. lib. 3. cap. 2.

Est Peris forum, quòd Liberum vocant, in quo quum regia, tum archiva cætera sunt extracta. Hinc & venalia, & circumforanei, & clamores horum, ac nuge, alium in locum rejecta sunt: ne compositis eorum, qui jam eleganter instituti sunt, moribus, illorum se turba immisceat. Forum hoc ad archiva fuerit, quatuor in partes est distributum. Earum prima peris est destinata, puberibus altera, tertia matrum ætate viris, quarta emeritis. Harum partium cuiq; duodecim sunt præfecti principes, quòd tota Periarum natio totidem in tribus sit distributa. Præfunt autem pueris delecti quidam ex seniorum cætu, qui eos effecturi quàm optimos videantur. Adolescentibus item de viroto cætu quidam lecti, qui hos redduntur optimos existimantur. Viris etiam matura jam ætate præficiuntur, qui sic eos instruendi putentur, ut quàm maximè ipsis præscripta, & à magistratu summo imperata præfentent. Ne senioribus qui, sem sui præfecti desunt, quippè quòd his etiam qui præfunt deiganter, ut & ipsi officio suo fungantur. Pueri in publicis locis iustitiam, temperantiam, obedientiam discunt, item sagittandi, & jaculandi artem, usque ad annum 16. vel 17. Recipiuntur inde per x. annos inter Ephebos. Hi ad archiva excubant, regem in venatione comitantur, custodiunt urbem, sagittis & jaculo cætant. Post inter viros perfectos censentur per xxv. annos, militiæ apti. A quinquagesimo deinceps anno inter Seniores connumerantur, non amplius militat, domi jus dicunt, magistratus eligunt. Xenophon lib. 1. Paradæ.

Perfarum ad centum, & viginti millia feruntur esse. Horum nemo lege ad honoribus magistratibusque reicitur, sed cuius jus est liberos suos ad iustitiam magistrorum ædes publicas mittere. Mittunt autem, qui alere liberos suos in otio possunt. Qui publicos apud magistratos instituti fuerint, iis inter ephebos adolescentiari licet. Qui inter ephebos constanter permanferint, eis matura ætate viroto in contubernio agere licet, ac magistratum dignitatemque participare fieri: si qui, vel inter pueros, vel adolescentes non vixerunt, hi ne perfectiorum quidem in numerum admittuntur. Quòd si porrò inter perfectos incolpatè se gesserint, ii seniorum in ordine cooptantur. Atque hoc modo seniores constituntur, qui omnibus in pulchris honestisque rebus versati fuerint. Xenophon de instit. Cyri. lib. 1.

Lacedæmoniorum liberis non præposuit Lycurgus emptiprios, aut mercenatos prædagogos; neque poterat quilibet pro

A pro arbitrio suo alere, & instituire filium: sed omnes, ut septimum annum excefferunt, centuriavit ipse in classes, parique & una libertate atque contubernio coluere inter se, & studijs vacare docuit. Horum cohorti praefectum dedit eum, ingenio qui praecelleret, & in pugnis esset animosissimus. Eum intuebantur, & imperanti erant dicto audientes, punientemque ferebant. Ita disciplina eorum erat patendi commentatio. Apud eodem quoque Magistri pueritiae Pædonomi ex probatis viris creabantur, & hi per classes praeficebant eos, qui inter Irenas praebenissimi, & pugnacissimi erant. Irenas vocant illos, qui duobus annis ex pueris excefferant: Mellirenas in pueris maximos. Hic Iren, cum annis viginti fuerit major, ducit cohortem suam in praelis, eamque habet domi ad cenam in ministerio. A cena recumbens Iren ex pueris huic canere jubebat, illi quaestionem, ad quam erat respondendum accuratè, ponebat: velut qui inter viros esset praestantissimus, aut quod ei videretur cuiuspiam factum. Inde & existimare de virtutibus, & sagaciter indagare ad incunabulis assuecebant de civibus. Nam si rogatus, qui bonus civis esset, aut qui improbus, in respondendo haesitaret, id tardi & degeneris ad virtutem ingenii ducebant indicium esse. Munierum etiam responsum ratione erat, & probatione in consilia, & compendiosa verba contrada. Si iners esset responsum, pro pena mordendum Ireni praebat pollicem. Subinde coram senioribus, & magistratibus Iren corripiebatur pueros, ut specimen praebere, quam rectè, & ordine penas exigeret. Nec interpellabant multatam: verum digressis pueris plecebatur, si asperius quam oportuisset, aut contra remissius, & lenius vindicasset. *Plur. in Lycurgo, & Xenophon de Rep. Laconum.*

Euripides in Troadibus. Graeciam *καροτόφορον*, appellavit eximie, non tam propter studium suscipiendi alendique liberos, quam eodem rectè educandi. *Viliorius lib. 27. var. c. 5.*
Plautus in Bacchidibus induit Lydum pædagogum antiquam institutionem Graecorum puerorum commemorantem:

*Nego tibi annis viginti fuisse primis copiam
 Digtum longe à pædago pedem ut efferres ex adibus
 Ante solem exorientem, nisi in palastram veneras,
 Gymnasi prescelto haud mediocres penas penderes.*

ARISTOPHANES quoque *Nepheles* eandem diligenter exposuit, cum iustam orationem induxit ita loquentem, ac naturam suam aperientem. Initium autem ejus narrationis hoc est:

*Αἰὲν μὲν τὸν ἀρχαῖον παιδῶν ὁρῶντες,
 ὅτ' ἔγχε τὰ δὲ πάλαι λυγρὰ βίβαν, ἢ τὸ σποροῦντο νεύματα,
 Πρῶτο δὲ ἐν οὐλοῦ παιδῶν γυμνασίου ἡμῶν δὲ δόξασαν,
 Ἐπὶ τὰ βιβλῶν ἐν ταύτῃ ἰδόντες δὲ τὰς αἰσθητικὰς αἰσθητικὰς
 τὰς καυτὰς γυμνασίου ἀδύνατον, καὶ κομῶν κατανοῶν.*

A Lacone pædago dictum est præclarè, effecturum se, ut honestis puer delecearetur, & ingemisceret turpibus, quo meliorem nullum est, neque speciosorem finem statuere homini libero rectè institutionis. *Plur. de Vita morali, & an Virtus doceri possit.*

Theocritus in epigrammate de Epicharmo comico Siculo præclarè scribit: *πολλὰ δὲ ποσῶν ἑσὼ τὸν πᾶν ἐπὶ χεῖρα, μὲν ἄλλο ἄλλο αἰὲν.* Quod multa ad vitam utilia pueris proposuit, magna ei est habenda gratia.

PERVERSA.

Consulte Tit. Consiilarii mali, & magistri inepti rei militaris. Item Nimia diligentia in docendo.

D Blaphemus in eremo lapidatus fuit Filius mulieris Israelitidis, de viro Aegypto generatus. Malorum enim filii, malè frequenter instruuntur. *Levit. 24.*
 Apud Lacedæmonios, cum suus cuique honestus amator pædagoi vicem suppleret, adolecens si quid deliquisset, propter atatem impune ferebat: Amator verò ob negligentiam puniebatur. *Aelian. lib. 3. var. hist. & Plur. in Lycurgo.*
 Nero Imp. apud amitam Lepidam emittus, quia trimus patrem Domitium Anobarbum amisit, sub saltatore atque tonsore educatus est. Undecimo demum ætatis anno à Claudio Cæsare adoptatus, Senecæ philosopho in disciplinam est traditus. Cæterum à philosopho eum mater Agrippina avertit, monens, imperatoru contrariam esse. *Suet.*
Auctor in Nerone Dion. Senecæ datum crimini, quod Agrippinæ congrederetur, & quod aliud scriberet omnino, aliud sequeretur: nam tyrannos facerans, tyranno didaculum se præstabat. Quin dictum locupletatum calumniis, ingentes con-

gessisse opes, ac cedrina materia tripodas habuisse quingen-
E. de Aspariæ pedes. id est, eburneis pedibus, æquales universos simileque: super quibus, inquit, velcebat. Adolecentulis porò lætatur impetivivis: ad idque ipsum Nerone in-
 pellebat, quem & in matris necem creditur adhortatus. *Calvus lib. 8. cap. 15. Antiq. Lett.* Eundem certè à veterum oratorum cognitione avertit, quò eum diutius in admiratione sui detineret.

ATHALERICUM regem Italiae, jam decem annos natum, jampridem Gothi teneri seniorum disciplina educari moleste ferebant: nempe indolem regiam, ac virtutem avitam, literarum otio ac studiorum cultu existimantes effeminari. Itaque cum puer à matre correctionis causa manu percussus ad nonnullos eorum lacrymans confugisset, dicere non dubitarunt, capere ipsam puerum perdere, ut secundis nuptiis ad alterum virum regiam dignitatem transferret: ac consilio agitato, vocibus eam haudquam obcurtis increperunt, quòd regem non conveniret educare; nam & literas, & magistros à fortitudine, & magnitudine animi inferenda alienissimos esse: qui res maximas gesturus, & bellicam Theodorici gloriam æquaturus esset, cum armis operam dare, & rei militaris studere, nec præceptores formidare, sed præceptoribus formidari esse debere: non ita Theodorici Gothorum filios educandos instituisse, imò verò ne ipsum quidem tot gentium domitorem hoc pacto educatum fuisse, quem constaret nullas proliis literas cognovisse. Athalaricus cum aequalibus in campo aique in solo laborare perdisceret, non autem cum majoribus natu in scholis atque in umbra langueret. Quorum verba est minime omnium Amalafuenta probavit, ne tamen ipso depositari habere proceres videretur, illorum se pariter auctoritati respondit; atque ab illo die, dimissis senioribus, puerum juvenum familiaritati commisit. Amalafuenta ergo ab Athalarico puero, prava juvenum consuetudine depravato, & à tribus proceribus Gothis nimiam suam potentiam ægè ferentibus incitato jampridem, non solum despiciebatur, sed occultè à Gothis ad infidias petebatur. Qua re percepta, ut erat alto consilio præditus, ipsos ante de medio tollere, quam tolleretur, constituit. Itaque primum eos, præfecturis datis, in Calabriam ablegavit: deinde fidos promptifque satellites, qui eos ferro opprimerent, destinavit: Insuper autem factis notis exitum reformidans, nuncium ad Justinianum misit, significans, se transire ad eum vellet, filii pro arbitratu regendi desperatione adactam, ac navim auto onustam in portum Dyrachii misit, eo consilio, ut si nex inimicorum suorum processisset, navim continuè revocaret: si in iritus conatus cecidisset, ipsa cum thesauro in Greciam prepararet. Ubi verò mox inimicos suos magna felicitate peremptos audivit, subito navim Dyrachio revocavit, ac Ravennæ se confirmavit. Interea Athalaricus luxuria, ac temulentie deditus, morbo lethifero est oppressus. Cujus periculi Amalafuenta à medicis certior facta, subito res circumspicere suas cepit, & quòd, mortuo filio, se Gothorum odium sustinere posse diffideret, iterum salutis suæ causa regnum tradere Justiniano decrevit. Theodahatum interim, Amalafuenta reginæ F. cum se mores correcturum pollicitus esset (à Thulcis enim repetundarum accusatus, & damnatus fuerat) sibi conciliatum, mortuo filio, in societatem thori atque regni accepit: à quo post relegata primum, inde intersecta fuit. *Sigon. lib. 17. Imp. occid. Svidas.*

LUDOVICUS XI. Francorum rex noluit Carolum III. F. literis erudiri, duplici de causa. Altera, nedum literarum lecturam otium, regni negotia negligeret: altera, ne historiarum cognitione ad res agendas timidus redderetur, aliorum exempla potius intuens, quam suo genio obsequens. Egregium verò de filio patris iudicium. Dignus qui metamorphosi Nabuchodonosoriana in feram mutaretur, ut rationis adminiculo nec præsentia declinare, nec futura pericula prospicere posset. Et verò expeditio Neapolitana à Carolo temerè suscepta, præclarè illius institutionis primus testis, stultum Ludovici iudicium satis redarguit: ut quod de Atheniensibus olim, tunc quoque de Gallis jactatum fuerit, imprudentiam illorum divina providentia corrigi solet. *Aegidius Corrozetus de Diffis. & factis memorabilibus.*

MAXIMILIANUS I. Imp. sub magistro Petro, qui postea Novæ civitatis antistes fuit, aliquot annis cum nobilibus quotundam filijs contubernibus latinis didicit literas. Sed cum Petrus philosophata illi inculcare vellet, ad quæ capienda aptus non erat, verberibus tandem effecit, ut literas magis odio haberet quam diligeret. Itaque jam Romanorum Rex factus, dixit se futurum: si hodie præceptor meus viveret Petrus, quamquam multa

A multa præceptoribus debeamus, efficerent, ut imperitè institutionis illum peniteret. *Cyprian.*

QUOADMODUM.

OCULTA, ENIGMATA.
 Reges Aegyptiorum ex sacerdotibus, aut bellatoribus creabantur: habebant hi ex virtute, ex sapientia illi dignationem & ornamenta. Designatus ex bellacibus, confestim in Sacerdotum collegium allegebatur, veniebatque in consortium Philosophiæ rectè propemodum fabulis, quæ exilia veritatis simulacra, & scintillas continent, ut certè nonnullam ipsi significationem dant, qui pro delubris spingens ferè collocant, quod sapientiam theologia eorum involutam continent. Signum, quod Sai est, Minerva, quam eandem putant Ilin esse, inscriptionem habuit hujusmodi: Ego sum univertium, quod fuit, quod est, & quod est futurum, flammæque meum nullus mortalium aperuit unquam. Cùm arbitretur complures, appellationem esse apud Aegyptios propriam Jovis Amum (quem nos præve Ammonem dicimus) Manethos Sebennites occultum putat, & occultationem hac voce indicari. Ad Addites Hecateus hoc vocabulum offendit usurpare inter se Aegyptios, quando quem in clamant: vocativam enim hanc dictionem esse. Quocirca primum deum univertitatis eundem statuunt esse, quasi rectum & reconditum; invitantesque & orantes, ut manifestus & aperitus fiat, Amum dicunt. *Plut. in Isis, & Oriside.*

APTA, ACCOMMODATA.

De officio præceptoris exempla Chitonis & Atlantis afferit *Ausonius Ecdyll. 5.*
Sic neque Pedem terrebat Achillea Chiron
Thesalico permixtus equo, nec pinifer Atlas
Ambiryoniam puerum, sed blandus uterque
Mixtus alloquiis teneros mulcebat alumnos.
Ovidius de Chirone, l. de Arte.
Phillyrides puerum citare præfecit Achillem,
Atque animos molli conatit arte feros.
Qui toties socios, toties extermit hostes,
Credidit amovsum perimulsum senem.
Quas Helior sensurus erat, poscente magistro.
Verberibus iustus præbit ille manus.

C PYTHAGORAS quotæcumque in disciplinam recipiebatur, eorum ingenium primò ex physiognomia scrutabatur, deinde tempus præscribebat, plus minus. Sed non minus quisquam tacuit quam biennium. Et tempore neque percontari parum intellexit, neque audita commentari fas erat. Hi *ἀκροῦσαι* dicebantur, silentium ipsam *ἔχουσα*. Post id tempus, silentio jam eruditus, verba facere, querere, scribere, commentari poterant, & *μαθησιαστικὰ* dicebantur, ab his artibus quas jam dicere meditari ceperant. Mathematicis instruiti, ad physica accedebant, & *γεωμετρικὰ* vocabantur. Quotquot autem in disciplinam recepti fuerant, quod quisque familiaritæque habeant, in medium dabant; coibatur societas inseparabilis, ut rectè antiquo Romano verbo *καυθήναι* appellari poterit. *Gellius Noct. Att. l. 1. c. 9.*

Apud Spartanos correctus à quopiam puer si detulisset id ad patrem, turpe erat parenti, nisi tantumdem, ubi audierat, inflixisset. Credebant enim illos ex disciplina patria in ibi filiis turpe in junxisse. *Plur. in insit. Laconicis.*
 In convivio apud Xenophontem singulis dicere jussis, quo artificio, quoque bono filii præcipue placerent: quum ordo venisset ad Socratem, joco dixit: se maximè gloriari de leptonocino. Sentiens, se tradere veram virtutem, qua potissimum commendat habentem, quoque tum privatam, tum publicè conciliat homini benevolentiam, & amorem. *Erasm. lib. 3. Apoph.*

Idem interrogatus, Qui fieri posset, ut quum ipse ad dicendum ineptus esset, alios redderet idoneos: quoniam coeres, inquit, ipse quidem scire non possunt, ferrum tamen reddunt acutum.

DIODENES Cynicus, quum captus venderetur in Creta, præconi roganti, Quid sciret, & quo titulo eum commendaret emptori? dic, inquit, te vendere hominem, qui sciat imperare liberis. Quidam Xenias Corinthius admiratus præconi novitatem, adit Diogenem, percontans, num sciret, quod profiteretur? Ubi ex sermone hominis comperit, esse sapientem ac doctum: quem mercatus duxit domum, eique suos liberos erudiendos tradidit. Incolis ille susceptos liberaliter instituit, primumque tradidit artes liberales, mox docuit equitare, arcum tendere, fundam rotare, jaculari telum. In palestra verò

non permittebat, ut pædotribus illos gravioribus laboribus in morem athletarum exerceret, sed quantum ad robur bonamque corporis valetudinem conduceret. Curavit etiam, ut ex poetis aliisque scriptoribus optima quæque edisserent, quod ea tantum verè fecimus, quæ memoria tenemus. Brevis, & notissimas doctrinæ summam illis redegit in compendium, quo & citius perciperent, & fidelius memoria complecterentur. Eodem instituit domi ministrare parentibus, cibo levi vilique, & aquæ potu contentos esse: cumque cæteri cæsariem alerent ad formam commendationem, ille iussit eos rariore comam, & si quando procedendum esset in publicum, incorruptos producebat absque tunicis incaleceat ac raticos. Quia & ad venatum illos instituebat, Lacedæmonios imitans. His rebus factum est, ut à pueris observaretur, perque illos parenti commendaretur. Alii narrant, præconem Diogenis iussu ita prædicasse, Est ne quispiam qui velit emere dominum? *Laert. l. 6.*

EUBULUS gymnasta, ingresso gymnasium Acetæ adolecens, illum statim ad imitationem composuit Adshlyi Crotoniatæ penthali, qui periodum vicat. Eos verò, qui vel incurvi, vel lucta, vel equo, agone alieno, sive ignavè cecidisse, sive flagitiosè alterum supplantasse, denique prehensionem, aut aggressu illos illegitimo, vel viderat Acetæ ipse, vel ita audierat, dissimulari ut non posset, probis insectabatur, ut ab eorum emulatione adolecentem suum deterreret, atque is non esset ignarus, in eo se ludo consistere, ubi nec commendari iustè factum posses, vel latere inter tot observantes, paratamque illis ignominiam, quicumque contra præscripta legum gymnasii sese exererent. Reliquos qui eundem ad ludum adventare essent soliti, Eubulus magnis laudibus evehebat, ut juvenis sui strenuitatem exaceret; quo ipse eundem in modum vellet bene audire, & ignavia cum paderet, spectantibus tot fortium virorum oculis. *Vires de officio mariti.*

LYCON Troadensis, Stratonis Lampfaceni successore, per 42. annos scholam tenuit. Olymp. 127. propter eloquentiam Glycon dictus, educandis pueris maxime idoneus, cum pueris pudorem, & gloriæ studium adhiberet, non secus atque equis frenum, & calcitra. *Laert. lib. 5.*

TIMOTHÆUS musicus duplicem exigebat mercedem ab his discipulis, qui aliis præceptoribus fuissent prius usi, quod duplicem quoque habiturus esset laborem, alterum dedocendi, alterum docendi. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 23.*

THEBANTIS ISMENIAS discipulis suis ostendens tam eos, qui bene, quam qui secus tibia canerent, solitus erat dicere, ita canendum, ac contra, ita canendum non solitus. Antigenidas verò etiam majore oblectamento juvenes arbitrabatur: bonos tibicinas audituros, si aliquando malorum quoque experimenta egissent. *Plur. in prooemio Demetrii.*

ALABADENSIS APOLLONIUS dicendi magister, cum mercede doceret, non tamen patiebatur eos, quos judicabat, non posse oratores evadere, operam apud se perdere, dimittebatque, & ad quam quemque artem putabat esse idoneum, ad eam impellere atque hortari solebat. *Cic. deorat.*

Brixienfis quidam nobilis, inter multa quæ sapienter, & cum amicis, & cum vicinis agit, hunc cum filiis morem servat. Uique ad quartum decimum ætatis annum fertulis, & verberibus laicivientes domat, tenerum ac tractabile ingenium ad arbitrium suum fingens. Hinc flagris abjectis, precibus ac monitis ad virtutem cohortatur, rectam vivendi viam sedulo illis inculcans, & pericula enumerans, quæ obliquis tramibus gradientes manent: hoc patris officium dicitans, filios enim esse, non servos, cum quibus nervis, & catenis agendum. Adicit & illam facti rationem, Quid, inquit, se simul & filium torqueat juvat: sapientem nemo nisi Deus facit. Itaque dum nihil intelligunt, officium tuum imple, post, admonuisse satis est, de reliquis, si quid carere, vel supplicio dignum intevererit, & tibi parce, & filios, curamque hanc omnem supremo artificii committe. *Petrarcha de sapienter factis.*

INEPTA, INCONVENIENS.

LINUS Herculem fidibus canere docuit, verum quia eundem rusticis canentem acerbis reprehendit, Hercules reprehensionis impatiens, plectro percussum præceptorem interfecit. Pessimè quidem Hercules egit, imprudenter tamen & Linus, cum quædam ingenia minus, quædam blandis verbis instituenda sint. *Aelian. l. 3. var. hist.*

HOMERUS in *Odyss.* Telemachum introducit stolidum, & imperitum, quod ius matre Penelope educatus esset, patre Ulyssè variis interit erroribus per univertum orbem jactato.

A MAMMACOTHUS in proverbium abiit, pro Cupido, & fauo homine. Aristarchus id nomen ait fictum per onomatopœiam. Demetrius putavit, familiare nomen esse, quod fabula sit integra conscripta, quam Aristophanis quidam, pueri Platonis comici esse existimant. Didymus Mammacothum, ut & Mammothreptum, dici vult, quasi à mamma nutritum; quod Hesiodus exprimit, ubi inquit:

*Αἰὲν ἰκαρὸν ἴδ' αἰὲν ἴδ' ἄρα πατρὸς κούρῃ
Ἐπιπέτ' ἀτὰρ ἄνδρα μὲν ἄνδρ' ἢ οὐκ ὄντα.*

Molles & effeminati temporibus Augustiani, *μαμμοθρεπτοῖς* dicebantur: sive quod ab Avis essent educati, quæ nepotulos suos teneris amant, quàm ipsæ matres, sive quod Græci *μαμμου* diminutive dicunt materculam. Quin & hodie vulgus Germanorum matris filium appellat adolescentem delicatius educatum. Ac tales dicebantur Matriflare, *Erasmus in proverb. cap. 1. v. 1.*

Rectissime dicit Carneades, à Regibus nullam artem rectè dici, præter artem equitandi, propter quod solus equus, quoniam non sentit principis, ac plebei discrimen, nescit adulari regi, sed excutit, quicumque is fuerit, qui non aptè norit

B insidere tergo. *Plut. de dignosc. adulatore.*

ALEXIBADES Homerum valde admiratus est, & in precio habuit. Proinde cum aliquando in ludum literarum venisset, illadem petiit: cumque Ludimagister se nihil Homeri habere affirmaret, infixit ei pugnum: atque eum imperitum esse, & similes sui pueros effecere dixit. *Elia. lib. 1. v. 1. Var. hist.*

PHILIPPUS Macedonicus rex, quod dissidentes Græciæ populos ad pacem conaretur adducere, & Leontinus Gorgias de Græcorum concordia librum accuratissimum in Olympia recitasset, uterque est à multitudine rejectus ac irrisus, quod de aliena concordia verba facerent, qui ipsi domi suæ non possent concordiam stabilire; nam rex domi dissidentes habebat filium & uxorem, orator vero uxorem, & ancillam. *Lud. Vives de Pacificatione.*

Ligurientis pueri Diogenes pugnum infixit Pædagogis. Rectè ille, qui culpam non discipulo, sed doctori adscripsit. *Plin. com. Virtutem doceri posse.*

SYBARITA quidam puerorum moderator (quod genus hominum, non secus quàm reliqui Sybaritæ, luxu diffuebat) cum puer quem ducebat, per viam in ficum incidisset, & sustulisset, vehementissimè eum obiurgavit, atque ipse raptò quod inventum erat, devoravit. Cum id legerem in Sybariticis historiis, inquit *Elia. lib. 1. q. 4.* facere non potui, quin riderem. Idcirco verò memoriæ prodidi, quod non invidio ceteris etiam materiam occasionemque ridendi.

LEONIDAS præceptor Alexandri Magni fuit cum Lyfimacho: quorum negligentia multi temulentiam Alexandri adscribunt, quod adulari magis, quàm regem insitueri viderentur. *Plut.*

ORBILIUS Beneventanus Grammaticus, plagosus admodum & asper fuit, in cazendo simul ac reprehendendo. Unde etiam Dominus Marfus: Si quos Orbilius ferula scuticaque cæcidit. Ingenia liberalia humanitate, & gloriæ simulis accenduntur, plagis & verberibus corrumpuntur & indurecunt.

CORMANUS monachus, à Donevaldo Scotorum rege ad Nortumbros religionis propagandæ causâ missus, anno ferè toto, cum sublimia arcana pietatis rudi populo majore eruditionis ostentatione quàm pietate proponeret, abique profectu rediit, eique Aidanus successor datus. *H. Boeth. l. 9.*

QUOAD INSTRUMENTUM.

Instituto facta.

VIVA VOCE.

Apud Israelitas septuaginta duo seniores, quibus de spiritu Moyfis datum erat, à Moyse acroamaticam legis expositionem hauserunt: & quia ore tenus tradebatur ea doctrina, Cabala fuit dicta, à Cabal Hebraica voce, quod recitare significat. Hebraeos Græci tanquam similes imitari, tabularum involuctis Cybelen (parum immutato nomine) deorum matrem fingunt, & mysticas sacrorum ceremonias, quas initiatis tantum communicare fas erat, introduxerunt, ut arcano silentio auctoritatem facis parent.

Artes olim per manus tradebantur à Parentibus, & præceptoribus, nec scripto edebantur, sed certo Sacramento per successiones *ἀρραγε*. Hinc loquendi ille modus apud Græcos *ἔξ τῆς χειρὸς*.

Pythagoreos memorant præcepta sua scripto non mandare, sed memoriam, & disciplinam earum infillare dignis vivam.

At cum perplexæ illæ, & arcanae, quas vocant, in geometria & rationes, & commentationes essent indigno cuiquam vulgatae, demerunt deos contendunt, magna aliqua & iusticia clade se admittit illud scelus persecutores. Itaque acroamaticam tantum doctrinam illorum fuit. *Plut. in vita Numa.* Empedocles certè Agrigentinus, & Plato Atheniensis, cum Pythagorica dogmata, quæ acroamatica hædentes fuerant, scriptis vulgare cœpissent, exclusi sunt à schola, & lex lata, sine qua poeta amplius ad præcepta admittitur. *Laert. lib. 8. in Empedocle.*

DISPUTATIONE, INTERROGATIONE.

Nihil docebat Socrates, sed ingressione aperiens dubitationum, sicut puerperis, juvenibus, excitabat, suscitabat, & eliciebat genuinas intelligentias; quod quidem obstericandi artem dixit, non quæ extrinsecus infunderet, ut alii ostentaret, mentem illis, qui cum ipsis agebant; verum demonstraret, habere eos domi propriam, quæ aleret, rudem tamen, & inconditam. *Plut. in qu. Plat.*

DIODEGUS Sinopensis Cynicus, orantem eum Hegesia, ut sibi scripta quædam interpretaretur: stultus, inquit, es Hegesia, qui caricas quidem non pectas, sed veras eligis; vera autem exercitatione neglecta, te ad scriptam confert. *Laertius lib. 6. in eius vita.*

CARMINIBUS, CANTILENIS.

Tabulae apud Delphos extant duæ, quæ ad vitam in primis sunt necessariae, notæ te ipsum, & nequid nimis. Nam ex his reliqua sunt apta omnia. *Plut. in consil. ad Apollonium.*

Lacones affectabant cantilenarum elegantiam, & carminum, quibus inerat aculeus, qui excitaret animos, spirituales quasi motu fanatico, & alacritate inflammaret. Dicitio nuda erat & virilis, neque argumentum habebat aliud, quam ornamenta eorum, qui generosè vixissent, & pro Sparta occupassent, quos immortalitati commendabant; & proba ignavorum, quod acerbat ante infelicem duxerant vitam; professionem item, & magniloquentiam ad virtutem congruentem statibus. *Plut. in Laconicis.*

Apud Romanos, majores nati in convivis ad tibias egregia super otium opera carmine comprehensaangebant, quod ad ea imitanda juvenentem alacriorem redderet. Quid hoc splendidius, quid citius utilius certamine; pubertas canisuum honorem redderet; defuncti virtutis cuius ætas, ingredientiæ aduofam vitam favoris nutrimentis prosequeretur. Quas Athenas, quam scholam, quæ alienigena studia huic domesticæ discipline prætulerit? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricii, per quos res Romana ita fuit acta, ut universo orbi imperaret. *Val. Max. lib. 2. cap. 1. Cic. lib. 2. & 4. Tusc. quæst.*

Tuisco Germanorum primus rex, virorum fortium facta, quæ exemplum posteris essent, carminibus celebrare instituit. *Aventinus lib. 1. Annalium.*

ADHORTATIONE.

Rex Perfarum Puerum habebat cubicularium, qui mane regium thalamum ingressus, his verbis illum expergeciebat, *αἴσα Βασιλῆ, ἡ ἠριστεῖ παραμύθηται, ἢ οὐ ἠριστεῖ ἢ Μετορομίδης ἡδύκατος:* id est, iurge rex, ac negotia cura, quæ te Meioromides curare iussit. *Plut. in Lad. princ. imperii.*

SCRIPTIS, LECTIONE.

DEMETRIUS Phalereus Ptolomæum regem admonuit, commentarios de regno, & Imperio comparare volveret. Quæ namque dubitant subsicere regibus amici, hæc descripta in commentariis sunt. *Plut. in Apoph.*

M. VARRIO exortus à Cn. Pompejo Coss. designato cum M. Crasso, ob consumptum in rebus bellicis adolescentiam, Reip. consuetudinum ignaro, de habendo/senatu librum conscripsit, quem ille fecit, tantus domi inter suos evasit, quantum foris contra hostes fuerat. *Gellius lib. 1. cap. 7.*

Acutissimus iuxta, & doctissimos poetas Græcos, Latinosque, qui amatoriam ceciderunt, vetat Ovidius attingi ab eo, qui mores impudicos fugiat, Callimachum scilicet, Philetam, Anacreontem, Sappho, Tibullum, Propertium, Cornelianum Gallum; quorum ingenium, & Musæ tota Græcia, tota Italia, totus orbis admiratus est. Sic inquit in secundo lib. De remedio amoris:

*Eloquar invidius, teneros ne tange poetas:
Summoveo dotes impius, iuste meas.
Callimachum fugio, non est inimicus amori,
Et cum Callimacho in quoque Cœcæ neces.
Me certè Sappho meliorem fecit amica.*

Nec

A *Nec rigidos mores Teia Musa dedit.
Carmina quis potius intò legisse Tibulli?
Vel tua, cuius opus Cynthia sola fuit?
Quis potius lecto durus discedere Gallo?*
Ad postremum se quoque vitari jubet:

Et mea nescio quid carmina tale sonant.
Sonant certè, & ea de causâ à bono principe in exilium meritissimum ad Getas expulsi est. In quo sibi admiratî severitatem, vel sæculi, vel principis illius. *Lud. Vives de Christiana femina lib. 1. Quare Locum de Libris.*

INSCRIPTIONIBUS.

In delubro Apollinis Pithii non Iliadem, non Odyseam, non denique Pindari carmina descripterunt Amphyctiones: sed, nosce te ipsum, ne quid nimis, sponde, proxima est noxa, admirantes dictionis succinctam tenuitatem, quæ in brevibus verbis sententiam solidam complectitur. Ipe in vaticiniis concitus est Apollo, & atriculus, nominaturque Loxias, id est, tortuosus, ex eo potius, quod garrulitatem vitat, quam ex obscuritate. *Plut. de garrul.*

IMAGINIBUS, NOTIS.

Idem Cabala, Pythagoræ, Platonisque docendi modus fuit, parque & similis, quæ ad ejus rei cognitionem, & mysteria deducere, exercitatio: per symbola scilicet atque notas, per proverbialia, & paræcias, per numeros, & figuras, per literas, syllabas, & verba. Ad hunc modum Pythagoras Y, litera juvenutis symbolum exhibet: Theta, mortis index est: I autem literæ figura, Christi crux ostenditur: unde Ezechiel, Signa T. in fronte gentium, & dolentium. Et Christus denique se principium, & finem esse docens, & in se ipso deitatem ad finem, & finis recursum ad initium: Ego, inquit, sum A & Ω. Sed & Justinus martyr, X literæ forma, facie Christi crucis mysterium contineri monet: Platonem advocat in testem, & in Timæo, de Dei filio disserentem, scribere, Deum in mundo filium suum infans X. literæ possuisse. *Jo. Metellus.*

Sai in fani Minervæ vestibulo culpus fuit infans, cæx, mox accipiter, hinc picis, postremò equus fuvitatus. Id significabat ænigmatice, O nascentes, & morientes, Deus id impudentiam. Nam infans, & sine nascentis, & morientes, accipiere Deum denotant, picis odium, maris causa, equo fluvitatu impudentiam. Dicitur enim, cum interiret patrem, consuetudinem habere cum genitrice. *Plut. de Iside.*

Apud Ægyptios in regum summo sceptro Ciconiæ figura ponebatur, in imo hippocotamus: ut ipso gestamine admonerentur, pietatem plurimi facere oportere, violentiam cohibere. Nam hippocotamus animal efferum est ac violentum, atque adeò impium: quippe quod intersecto patre matrem init, teste *Plut. in Com. cui titulus, Vera animantia sint prudentiora.* *Erasmus in Adagiis, ex Suida.*

Legislator Lacedæmoniorum catulos duos eorumdem parentum Lycurgus sumpsit, quos non parî modo educavit: verum unum reddidit voracem, & gulosum: lagacem alterum, & venatore peritum. Conclone hinc advocata Lacedæmoniorum: Momentum utique Lacedæmonii, infis, ad virtutis feturam haud est mediocre astutendo, & doctrina, & institutio, disciplinaque vivendi. Id ego vobis exemplo planum faciam. Mox productos catulos illos dimisit, flammens ex adverso catulis ollam, & leporem. Ibi alter cursum leporem, ollam alter petiit. Cum autem quid ea re significaret, aut quod spectans catulos ostendisset, conjectare nondum valeret Lacedæmonii. Parentum hi sunt, inquit, eorumdem ambo: sed quia in disciplinam dati sunt divertam, hic edax, alter evasit venator. *Plut. de instit. liberis.*

Lacones Venerec colunt armatas: & verò deos omnes, feminas, & mares cum hasta fingunt, velut pradikos virtute bellica: usurpantque in proverbio, manum admoventi implorandum fortunam, quali aggrediendo opus, & agendo, aliàs non citere oporteat deos. *Plut. in instit. Laconicis.*

THEANO Paulaniæ mater, cum is Medorum partibus studere deprehensus (quinguenta enim auri talenta è Dario accepit, ut Spartam proderet) supplex in templum Minervæ Chalciæ confugisset, unde supplicem abstrahere non licebat: eò prosecta, laterem ad ostium applicavit, assentiente etiam patre Ageliao. Lacones imitari fortitudinem, & sapientiam, quilibet januis laterem aptavit: ut neque supplicem abstraherent, & proditorum inclusum fame occiderent. *Polyæn. lib. 8. & Æl. l. 4. Var. hist. ex Epitimide.*

DANTHORAS, qui Scythis regio imperio præfuit, ad Datium Perfarum regem, qui litrum traxerat, literas quidem, quibus

L. B. Theat. Vitæ Humanæ. Tom. IV.

minarentur, misit nullas, sed pro litteris symbolum hoc: MUREM, TANAM, AVEM, SAGITTAM, ARATUM. Cumque hæc in Darii castris alius aliter interpretaretur: Oronotopagas tribunos militum censuit significari, eos omnium rerum deditorem esse facturos domorum (hoc murem innuere) aquarum, aeris, aratorum, regionis: harum rerum symbola esse, ranam, avem, sagittam, aratum. At Xiphodres longè alio modo interpretatus: Nos vero, inquit, quantum hæc symbola ostendunt, nisi aut terram subeamus, ut mures: aut aquam, ut ranæ: aut evoleamus, ut aves: non effugiemus ipsorum telas; neque enim terras, quam ipsi arant, domini fumus. Hoc Pherecydem Syrium narrare, ait Clemens Alexandrinus. *Herodotus autem in Melpomene* hanc ipsam historiam aliquanto aliter narrat.

Scytharum rex, qui octoginta liberos reliquit, Scilurus, jaculorum fasciculum, cum deponeret vitam, postulavit: quem tradidit eis, iussitque, ut colligatum simul diffingerent, & rumpèrent. Quod ubi non potuerunt, ipse extraxit singula, ac facile omnia confregit: confessionem eorum, & unitatem esse demonstrans validam, & inexpugnabilem, infirmam dissociationem, atque instabilem. *Plut. de Garrulitate.*

Cum Aristot. Philofohus decumbere anno ætatis sexagesimo secundo, neque salutis spes ulla superesset, discipuli de successore solliciti erant. Erant tunc in ejus ludo boni multi, sed præcipui duo, Theophrastus Lesbius, & Menedemus Rhodius, ingenio atque doctrina cæteris præstantes. Aristoteles igitur, ut discipulorum petitioni satisficeret, simulat, vinum, quod tum biberet, non esse ex valetudine sua, sed nimis asperum: ac propterea quæri jubet exoticum, vel Rhodium aliquod vel Lesbium; usurumque eo dixit, quod se magis jussisset. Eunt, curant, inveniunt, adferunt. Tum Aristoteles Rhodium petit, degustat: Firmum, inquit, hercè vinum & jucundum. Petiit mox Lesbium: quom item degustato, Utrumque, inquit, oppidò bonum, sed *ἄλιον ἢ ἡσπέρου*. Id ubi dixit, nemini fuit dubium, quin lepidè simul, & verecundè (succesore illa voce sibi non vinum delegisset. Is erat Lesbius, Theophrastus, homo suavitatis insigni lingue pariter atque vita. Itaque non diu post Aristotele vita defuncto, ad Theophrastum omnes concesserunt. *Gellius lib. 1. c. 5. & Laert. lib. 5. c. 1.*

Apud Rom. delubrum Horæ perpetuò veteres apertum habebant, ut Antifilius Labeo scriptum reliquit: scilicet ut dea, quæ quasi incitat, & hortatur ad res agendas, nullam unquam moram faceret, neque concluderetur, vel feris constringeretur. *Plut. in quæst. Rom.*

Romani censores inito magistratu statim alimenta sacrorum anserum locabant. Fortè cum custodes sint censores præcipuorum, sitque eorum officii aservare, & diligenter scrutari sacra, publica, ritus, mores, & vitæ instituta, vigilantissimi animantis rationem habent, unaque cum horum cura cives, non soluti & lenti sint in facris, cohortantur. *Plut. in qu. Rom.*

Diosvstus Tyrannus cuidam, qui illum felicem adferrebat censum alligatum setæ equine capiti superimposuit:

*Districte ensis cui super impia
Cervice pendet, non Sicula dapes
Dulcem elaborabunt saporem:
Non aurum, citharæque cantus
Somnum reducent.*

Horat. 3. Carm. 1.

Rom. nubentem attingere jubent ignem, & aquam: quoniam sicut ignis sine humore extitucus, & aridus est; sterilis aqua, & exilis sine igne aqua: perinde mas imbecillis, & femina seorsum, sed apertorum congressus præstat viro, & uxori vitæ contubernium, quod non deserendum, sed in conortium veniendum omnis fortunæ, etiam si nihil boni inter se, nisi ignem, & aquam, collaturi sint. *Plut. in qu. Rom.*

ALPHONSUS, Aragonum & Siciliæ rex, numismata illustrium Imperatorum, & Cæsaris ante alios, per univerfam Italiam summo studio conquisita, in eburnea arcuâ religiosissimè adservari voluit, quibus, quum alia eorum simulacra jam veritate collapsa non extarent, mirum in modum se delectari, & tantorum virorum exemplo ad virtutem, & gloriam excitari dicebat. *Antonius Panormi. lib. 2. de Rebus gestis Alphonsi, & Eneas Sylvius in comment.*

Rt 2 As

